

NATALITIA  
PRINCIPIS GENEROSISSIMI  
**GUILIELMI PRIMI**  
REGIS BORUSSORUM IMPERATORIS GERMANORUM

DIE XXII MARTII ANNO MDCCCLXXIV

PIE CELEBRANDA

INDICUNT

ACADEMIAE ALBERTINAE PRORECTOR ET SENATUS.



INEST DESCRIPTIONIS REGIMONTI E CASPARI STEINII PEREGRINO NUNC PRIMUM EDITAE  
PARS TERTIA DESCRIPTIONEM CIVITATIS LEBENICENSIS CONTINENS.

---

REGIMONTI.

TYPIS ACADEMICIS DALKOWSKIANIS.

# Nomina civium academicorum

qui

praemia certaminibus litterariis proximo anno proposita meruerunt.

---

Ordines

Theologorum, Medicorum, Ictorum

nullos praemiorum invenerunt competitores.

Ordo Philosophorum

praemio ornavit Harry Bretschneiderum Insterburgensem propter dissertationem historicam.

---

In Civitate Lebenico, Templum D. Barbarae editiore loco exstructum, columnis 12 muratis fultum. In templi sacrario, tabula cum nominibus omnium Pastorum Ecclesiae Lebenicensis, et libris. Ad altare vetus ligneum S. Barbara a Deo coronata et aliae figurae ex papatu relictæ, nunc sub choro positæ. Ad altare novum artificiose e ligno sculptum et Anno 1647 auro et picturis exornatum, figuræ multæ sculptæ a summo ad imum, Resurrectio Christi, pax duplex, Instrumenta passionis Christi, Angelus cum lancea, Angelus cum malleo et forpice, Angelus cum spongia, Angelus cum scala, Angelus cum tribus clavis, Angelus cum corona spinea, Angeli cum corona et stellis duabus, Petrus, Paulus, Angelus cum virga, Angelus cum flagello, Pax sedens cum libro et ramo palmae, Angeli duo volantes super pacem cum corolla rutacea, Angeli duo jacentes cum ramis palmarum, Crux Christi crucifixi cum latronibus crucifixis, Maria, Johanne adstante et Maria Magdalena crucem complectente, Evangelistæ 4, Mattheus, Marcus, Lucas, Johannes, columnae 2, Angeli 2 orantes, Moses, Johannes Baptista, Angelus cum bullâ, Angelus cum thuribulo, Fides, Spes, Angeli 2 sedentes et orantes, coena Dominica depicta, Prophetæ 4 majores, Esaias, Jeremias, Ezechiel et Daniel depicti, et inter eos Daniel habitu Persico et vultu Organistæ Lebenicensis a Philippo Westphalo pictore non penicillo, sed solo digito auriculari in praesentia multorum civium ad vivum depictus et pro nota hujus altaris peculiari præsertim a vulgo curioso habitus, Candelabra duo argentea 1000 flor. Prut. pretio aestimata, ornamenta altaris, vasa et vestes sacrae.

Ad Baptisterium pulchrum.

Fons Salvatoris ceu janua prima salutis  
Panditur hic nobis, gloria Christe tibi.  
Sumptibus haec Christi monumenta repletus amore  
Andreas voluit ponere Creutziades.  
Huc matres properate: infantes excipit ulnis,  
Quos vocat et mundat filius ipse Dei.  
Tu qui Baptismi sacra renovaberis unda  
Mitia Creutziadi fata precare pio.

G. W. D. L.

Ein frey offener brunn wider die sünde und unreinigkeit. Zach. XIII. Peccator in fontem descendit, purificatus ascendit, descendit filius mortis et ascendit filius resurrectionis, descendit filius iræ et ascendit filius misericordiae et ipsius Dei, Anno MDCXXXIV. Imagines Andree Creutzii supremi Provinciae Magistri ejusque conjugis, filiorum 7 et filiarum 7. Statuae Apostolorum cum articulis symboli Apostolici subscriptis. Fides. Charitas. Spes. Baptismus Christi. Infantes a Christo ad Baptismum invitati. Sepultura Creutziorum sub Baptisterio.

Ad suggestum splendidum 2000 flor. Prut. pretio aestimatum, statuae et figurae multae e ligno sculptae, pietae et inauratae. Super suggestum, Prophetae, Angelus cum instrumentis passionis Christi. Ante suggestum, Gedeon, Josua. Circa suggestum, Apostoli, Dicta quaedam Biblica, Nomina Pastoris et Diaconorum Lebenicensium. Sub suggesto, Moses cum titulis decalogi, Johannes Baptista cum cruce. Clathra ferrea artificiosa. Suggesti notae peculiares, Facies statuarii in Johannis Baptista facie repraesentata, Zoilus cum auribus asininis. Annulus ferreus versatilis clathris ferreis artificiose insertus.

Ad Odeum sculptili opere, aureisque picturis elaboratum, Statuae Musarum cum instrumentis. Imago et insignia Fundatoris Odei.

Ad organum, Evangelistae 4, Imago viri et uxoris renovatricis organi.

Ad parietes, Crux Christi crucifixi vetusta. Vexilla et Insignia multorum suspensa. Epitaphium Johannis Truchsesii von Wetzhausen Burggravii supremi ex marmore nigro cum statuis ex alabastrite. Epitaphia Alberti von Eichsteich, Marcelli Konarski, Equitis Poloni et Cubicularii Alberti I Ducis Borussiae, Wilhelmi Plato capitanei, Mauriti Willemsdorff. Praefecti provincialis Schakensis, Georgii de Gablentz Consiliarii et Legati, Henrici Milditz Consiliarii, Johannis Rauteri, Christiani Wallenrod, Alberti Eichicht Magistri aulae, Wilhelmi Schenck L. B. de Tautenberg, Balthasaris à Quingenberg Thuringi, Christophori Stebenhaber, Christophori Reiss, Christiani Taulentsch. Epitaphium D. Basilii Ast Archiatri Alberti I Ducis Borussiae, qui anno 1556 9 Martii obiit.

M. Stojus et caeteri Haered. L. P.

Basilii exuviae tumulusque soporifer Asti  
Hic sita sunt, Medica qui fuit arte potens  
Vixque parem vidit multis empeiria saeclis  
Et merito tali cive superba fuit,  
Ex chimicis medicum nova pharmaca duxit in usum,  
Hinc vir in ore frequens po steritatis erit.  
Cumque Ducis nostri curam senioris haberet,  
Dante DEO, sanum praestitit ille diu,  
Profuit et reliquis tali mortalibus arte  
Ut plebi carus nobilibusque foret,  
Annos et septem decies numeravit eunes  
Bisque super retulit veris hirundo decus,  
Cum satur annorum, et mundi pertaesus inanis  
Suaviter extremum vidit obitque diem.  
Pagina sacra DEI defunctos esse beatos  
Omnes in Domino, qui moruntur, ait.  
Non dubitamus et hunc coelesti sede potiri  
Aeternaque DEI cognitione frui,  
Pectore qui Christum constanter et ore professus  
Auctorem vitae credidit esse suae.

Epitaphium Nobilissimi, Clarissimi atque integerrimi Viri Domini Bernhardi Ludolphi a Schulenburg aulae quondam Prussiaceae Magistri, qui in vera et salutari sui ipsius ac Christi Redemptoris agnitione 5 Octob. Ao 92 ex hac aerumnarum valle in aeternam patriam migravit Ao aetatis 50.

Marchiacis clarus proavis et stemmatis ipse  
 Non inhonoratus flosque decosque sui  
 Hoc sua Bernhardus post fata suprema Ludolphus  
 Membra reicta solo contumulanda dedit.  
 Scilicet haec illum tellus suscepereat olim  
 Hospitio et multis foverat officiis  
 Haec aulae oblatum patriae patris atque probatae  
 Compertum fidei consiliisque gravem  
 Munere honoraverat venerando aulaeque magistrum  
 Fecerat haud vana spe nec amore levi.  
 Haec sociam vitae dederat si tamque piamque  
 Sed cui vita diu haud vovit habere fidem  
 Haec sociae exuvias fatis repetentibus illam  
 Commissas gremio texerat ante suo.  
 Illius ergo etiam fidei tam saepe probatae  
 Credendum corpus censuit ipse suum.  
 Luceque extrema Christi cum buccina clanget  
 Hospitium repetet veste et honore novo.  
 Interea mentem curis mundoque solutam  
 Continet aula DEI, recreat aula DEI,  
 Depositos donec redivivos sumpserit artus  
 Totus et aeterno flore virescet homo  
 Qui trans placidam sanctis gratare quietem  
 Manibus, exemplum disce datumque sequi  
 Et mundo atque aulis mundi sic utere, coelo  
 Ne privere, polus vera sit aula tibi.

Thom arnesb.

CHRISTUS mons salutis P. A. 1596. 11. Dec.

Barbara, Nobilissimi viri Alberti Perbands Honestissima Filia et Bernhardi Ludolphi  
 à Schulenbergs dulcissima conjux obiit in Domino Anno MDLXXXVIII 17 Sept. Aetatis 25.

Epitaphium Annae Salietin; Nobili, Generosae, Pudicae, Incomparabili morum et vitae  
 integritate Praestantissimae Matronae, Dominae Annae et Saliet Nobiliss. et Generosiss. viri Domini  
 Christophori a Saliet beatae memoriae relictæ filiae, uxori suavissimæ et dulcissimæ Fridericus  
 a Nostitz in Lampersdorff illustrissimi Borussiae Ducis Consiliarius amari doloris plenissimus  
 sinceri amoris ergo F. a P. Pie et placide in Christo obdormivit et ex hac lachrymarum valle in  
 coelestem patriam emigrat a condito mundo 5547.

Sic charam thalami sociam mors invida tollis  
 Vivit io inque DEI floret ovatque sinu.  
 A nato Christo 1585 20 Octob.  
 Bis deno Octobris socialia vincla resolvit  
 Aeterni jungent corpora viva dies,  
 Anno aetatis suae 23.  
 Quae vita bene abit beate vivet,  
 Unica gutta fluens pretioso e vulnere CHRISTI  
 Plus juvat ac mundi crimina cuncta nocent.

Anna Salethinae generoso stemmate gentis  
 Nata, sub hoc jaceo contumulata solo.  
 Me docuere mei quae laus est summa, parentes  
 Aeternum ex imo corde timere Deum.  
 Et mihi sic teneris Pietas accrevit ab annis  
 Cum primo fidei semina lacte bibi.  
 Hinc habui summo charos in honore parentes,  
 Quos duxi verbo laedere grande nefas,  
 Dilectum amisi praerupto funere patrem,  
 Proh dolor, aetatis post duo lustra meae.  
 Hinc Maria observans castos in pectore mores  
 Ad sese Princeps me Leonora vocat,  
 Quando pudicitiae et morum formaeque decentis  
 Intactae speculum virginitatis eram.  
 Post tria lustra duosque annos cum mensibus octo  
 Legitime subii foedera casta thori.  
 Me sibi conjunxit Fridericus amore jugali  
 Nostitia dicens nobile stemma domo.  
 Cum quo quinque annos et menses insuper octo  
 Et senos vixi, tempora pauca, dies,  
 Hunc ego facta parens semel auxi prole virili,  
 Ter peperi sexus pignora foeminei.  
 Aurea nos dulci junxit concordia nexus  
 Et sine labe fides et sine lite thorus.  
 Corporibus visa est mens una subesse duobus  
 Unum velle, unum nolle duobus erat.  
 Chara Deo jucunda bonis, invisa malignis  
 Vixi et pauperibus munera larga dedi.  
 Sic pia, sic prudens, proba, pura, placensque marito  
 Virtutumque potens, pulchra, pudica fui.  
 Et merui praestans virtutum exemplar haberi  
 Foeminei et dici pulchra corona gregis,  
 Sed nihil in terris sub solis sidere firmum  
 Nil stabile humanis rebus inesse solet.  
 Mox Godefride jaces Fili, Sophiamque tenellam  
 In primo vitae limine parca rapit.  
 Post etiam fatis extincto fratre mariti  
 Hic ubi Slesiacos Odera findit agros  
 Ingredior comes ipsa viro consorsque laborum  
 Matre et filiola concomitante viam  
 Jamque fere reduces patrias properamus ad oras  
 Post partum ad menses quatuor aegra fui:  
 Nec tamen ignota placuit regione morari  
 Sed volui ad patrios aegra redire lares  
 Huc ubi perventum est post mille pericula pestis

Et per longinque taedia dura viae  
 Quarta luce statim cum dulci pondere ventris  
 Extremum subii morte soluta diem.  
 Ante tamen sanctis epulis, haustuque sacrato  
 Migraturam animam pascere cura fuit  
 Hinc votis operata piis, innixaque verbo  
 Christe tuo, morti lumina cuncta dedi,  
 Conveniens vitae fuit exitus, inscia mortis  
 Mortua sum somnos ducere visa leves.  
 Bis duo lustra et tres quatuor cum mensibus annos  
 Complevi, aeternum nunc mea vita manet  
 Salve o perpetuumque vale carissime conjux  
 O decus, o animi portio magna mei.  
 Tu quoque cara vale genitrix fidaeque sorores  
 Fratresque et natae pignora chara meae  
 Vivite nec querulo nimis indulgete dolori  
 Sitque suus lachrymis tristitiaque modus.  
 Per Christum in coelis ea sunt mihi gaudia parta,  
 Quae nequeunt hominum sat ratione capi,  
 Laeta dies veniet strepitu cum buccina rauco  
 Excibit tumulis corpora nostra suis.  
 Tunc votis quae mors rapuit cum foenore reddet  
 Qui creat et redimit vivificatque DEUS  
 Illa piis utinam roseo lux fulgeat ortu  
 Ut capiant vitae gaudia perpetuae.

Epitaphium Andreae Verhagen:

Quid lactare miser, quid inania gaudia tractas,  
 Et tua coelicolas facta latere putas:  
 Aspice me, pravosque tuos hinc corrige mores  
 Tu quod es, ipse fui, sum quod ego, illud eris.

Epitaphium Gertrudae Donnerin:

Hier liegt beschart der Gertrud leib,  
 Die war des Simon Crussen weib,  
 Nu ist sie Christo dort vertrawt,  
 Auff den sie durch den glauben bawt,  
 Das nu auch bleiben möcht ihr Namn  
 Hat sie die Fürstin lobesan,  
 Weil sie ihr war gewesen trew,  
 Dieses gemeld lahn machen new,  
 Und das anschlagen in den Tempel,  
 Allen trewēn dienern zum exempl.

Ad cistam eleemosynarum et Tabulam cum canibus ulcera Lazari lambentibus depictis:  
 Im Hospital der kranke Mann,  
 Wie Lazarus nicht werben kan,  
 Ihr Christen nemt euch seiner an.

Verschliesset nicht des hertzens thür,  
 Legt in den kasten nach gebür,  
 Damit man waren glauben spür,  
 Das wird aus gnaden Gottes sohn,  
 Vergelten mit gar reichem lohn,  
 Und geben euch des Himmels Kron.

Coronae 2 in templo dependentes cum candelabris ex orichalco. Turris templi pyramidata 150 graduum usque ad scalas superiores 2 scansiles alta, plumbo lecta, turriculis 4, campanis suavem sonum edentibus et horologio ornata. Portae templi 4. Ad portam majorem. S. Johannes et S. Barbara ora pro nobis. Baptismus Christi. Pertica ferrea appensa ad sepulchrorum spatia exploranda, Epitaphia lapidea Caspari Wizel, Magistri culinae, Constantini Ebert scribae. Ad alteram portam, Epitaphium et Effigies Justi Steyerhael, Ehricii majoris Thuringi, Pharmacopoei ministri Anno 1642, 30. August. Actat. 30 defuncti.

Hingeht die zeit herkompt der Tod  
 O Mensch thu recht und fürchte Gott.

In coemeterio sepulchra civium Lebenicensium Mausoleum ligneum et saxum sepulchrale muro affixum Roberti Robertini. In saxe: Virtuti et Honori Roberti Robertini Gerhardi Roberti Aedis hujus Pastoris et Benignae Preussiae F. Qui post Germaniam, Angliam, Galliam, Italiam inexplibili sciendi cupiditate perlustratam ob incomparabilem in omni disciplinarum genere eruditioinem et inter exterios primis rei literariae antistitibus admirandus fuit, et in patria secretissimis Provinciae consiliis adhibitus inoffensa semper sanctitate fidem Principi, obsequium superioribus, amorem amicis, auxilium egentibus certante cum prudentia pietate est testatus non memoriae quam immortalem sibi comparavit, sed corporis mortalis, quo reconditum sit ergo uberibus cum lachrymis dum conjugis optimi et bene merentissimi ossibus sua eodem in conditorio misceat, monumentum hoc posuit Ursula Vogtia. Ipse vero cum te quisquis haec legis noscere in tenebris nequeat, aliena voce cuius rei curiosissimus semper fuit te ipsum ut noscas rogat, ac ita bene agere jubet. Natus certissimo patriae ac rei literariae bono MDCXLVIII VII Idus April. Denatus vix recuperabili utriusque jactura MDCXLVIII VII Idus April.

Circa mausoleum: D. O. M. S.

Si te, viator, rara conspici virtus  
 Et fortis hominum terminum supergressa  
 Dat in stuporem, si Catonis invicti,  
 Cordati Ulyssis, semper aequi Aristidis,  
 Docti Platonis, Nestorisque facundi,  
 Mentis in uno te sitae viro mulcent,  
 In cuius obitu literasque candoremque  
 Et quicquid unquam dulcium viget rerum,  
 Aeterna nobis occupare nox visa est  
 Reverere sanctam sanetus hanc, precos, tumbam,  
 Illa ROBERTUS conditur ROBERTINUS S. D.  
 Cum morimur corpus dolet at mens laeta renidet,  
 Gestit enim in patrios illa redire lares:  
 Illius exilium corpus fuit inde perennes  
 Ingredier sedes ipsa perennis amat.  
 Vivere quisquis amas vitii commercia cautus,

Effuge, mors animae est criminis vita gravis.  
 Ducere vitales auras nam vivere non est,  
 Vera hominis vita est, vita probata DEO.  
 Der frommen Christen todt bereitet  
 Den eingang, der zum leben leitet.  
 Ein eingang bringt uns her in dieses arme leben,  
 Ein Erde nährt uns, ein Erde deckt uns zu,  
 Durch einen abschied gehn wir alle zu der ruh,  
 Noch sucht sich mancher Mensch für andern zu erheben.  
 So sind wir auch gemacht durch eines Schöpfers handt,  
 Zu dem hat ein haupt uns zu gliedern angenommen,  
 Ein glaub und eine Tauff heist uns zu Christo kommen,  
 Wer dem am nechsten kompt der führt den höchsten stand.  
 Lass dir die anfechtung o Mensch nicht seltzam sein,  
 Wiss das du in der Welt must creutz und unlust haben,  
 Biss das du in den schoss der Erden wirst begraben,  
 Nach schwerer arbeit schlefft man desto sanffter ein,  
 Schaw unsren Heyland an in allen deinen plagen  
 Wilst du nach dieser welt so herrlich sein wie er,  
 So gleich dich ihm auch hier in unmuth und beschwer,  
 Und legt er dir was auff, er wird das meiste tragen.

Inter Rubos.

Die Rose muss man hecken,  
 Ein christ in trübsal stecken,  
 Sol sein geruch für allen  
 Dem himmel wol gefallen.

Alles leben liegt daran,

Das man selig sterben kan.

Der Tod und seine zeit ermahnt uns stets bereit auf allen fall zu machen,  
 Du must gewiss daran,  
 Und weist nicht wie und wan,  
 Drum hasse deine sachen,  
 Des lebens lauf ist schier wie nichts und unnütz hier, es sey dann einer strebe,  
 Hier lebe und immer fort  
 Damit er nochmals dort,  
 Auch ewig selig lebe.

Schola Lebenicenis cum 5 classibus et habitationibus collegarum. Habitationes Pastoris  
 Pulsatoris, Rectoris, Organistae, Cantoris, Diaconorum. Curia Lebenicensis in longa platea cum  
 senatorio lucido magis quam senatorinm Palaeopolitanum et Cneiphovianum. Super januam senatorii:

Ter centum noviesque decem et bis quatuor annos  
 Multiplicato quater structurac constet ut annus.  
 Wer wissen will in welchem iahr,  
 Dies Rahthauss new gebawet war,  
 Der selv zusamen multiplicir  
 Dreyhundert neunzig acht durch vier.

In senatorio, Imagines Vladislai IV Regis Poloniae, Alberti I ejusque conjugis, Alberti Friderici, Georgii Friderici, Joachimi Friderici, Johannis Sigismundi, Georgii Wilhelmi Ducum Borussiae et Electorum Brandenburgicorum. Navicula christi et status ecclesiae a Christophoro Singknecht scabino Lebenicensi et pictore ingenioso artificiosis picturis delineatus. Aula curiae contigua in qua judicia et nuptiae habentur sed nullae leges, compotationes, fratres et ornamenta. Libra publica et super ejus januam, statua Justitiae lapidea manu dextra bilancem, sinistra gladium tenens, forte a statuario ex errore ita posita, de qua variae narrationes audiuntur Hortus communis Gemeingarten, in monte prope portam Krenkenthor, compotationibus aestivis destinatus.

Super januam horti interiorem:

In diesem Garten in gemein  
Sagt man sol das beste Schwartzbier sein,  
Wers nicht wil glauben wag daran  
Ein zech und sey nur friedsam.

Super sellam moechorum:

Allzeit trawrig ist beschwerlich,  
Allzeit fröhlich ist gefehrlich,  
Besser kommt man fort in der Welt,  
Wenn man das rechte mittel helt.

Super cellam:

Bürge werden, leihen und borgen,  
Macht grawe haar und grosse sorgen.

Ad parietes in tabulis:

Jedermann der nur Gott vertrawt,  
Und nicht auf sünd und laster bawt,  
Den lest Gott endlich nicht in not,  
Noch seinen saman suchen brot.  
  
Die welt vernichten, niemand verachten,  
Veracht sein und es doch nicht achten  
Sich selbst gering halten und seine sachen,  
Die vier stück einen rechten christen machen.  
Wer mit dem Bacchus kommt ins spiel,  
Der seh sich für und traw nicht viel,  
Nimt er dir den Kopff nur ein,  
So seind die Füsse nimmer dein.  
Sein lass ein jeden, wer er ist,  
So bleibstu auch wol wer du bist,  
Sieh wer du bist, wer du wirst sein,  
So bleibt ohn stoltz das Hertze dein,

Carcer. Coenaculum Remter Anno 1638 aedificatum. Tiliac aestate virides. Sagittarius sclopetum ad metam dirigens et alter adstans, et Processio sagittariorum ad murum depicta. Tabula Pilkentafel ad ludum orbiculorum. Tabula Trocktafel ad ludum globulorum eburneorum cum legibus affixis. Area Kegelbaan ad ludum conorum. Area Ringbaan ad ludum annuli ferrei Ringspiel clathris ligneis albo et nigro colore tinctis circumdata et statua consulis linea pectorali, malleo consulari ligneo excavato et trusatili. Scaphiolisque ludo inservientibus et rep-

sitorio ac vitris pulchris exornata. Leges potatoribus a Senatu Lebenicensi prae scriptae et affixae. Anguli vel cancelli aut sessiones 3, senatorum Rhatswinkel cum statua Prudentiae, scabinoruū Schöppenwinckel cum statua Justitiae, Braxatorum Meltzenbrewerwinckel cum statua Fortunae. Ad tabulatum sessionum 3, Emblemata figuris et picturis, et Christophori Wilkaw Notarii rythmis illustrata:

Procuratores duo cum clientibus egenis.

Hilfft niemand gleich dem armen Knecht,  
Erhelt die wahrheit dennoch recht.

Iustitia cum gladio et bilance.

Gerechtigkeit bleibt ewig stehn  
Und solt die welt gleich untergehn.

Procurator cum clientibus divitibus.

Der witz, Golt, Freundschaft gelten nicht  
Vor Gottes höchstem angesicht.

Assentatores 3, calumniator, Princeps, Moria.  
Der Fuchssschwantz, Narr, verleumbders kunst,  
Zu Hoff sein in höchster gunst.

Consultores tres cum sagitta.

Halt rhat bedehtig, eil mit weil,  
Schnel fehrt die zeit, verschertz oft heil.

Regens in sella sedens cum tempore et conscientia.  
Obgleich verstirbet der Regent,  
So bleibet doch das Regiment.

Homo in sylvam clamans Kuckuck.  
Gleich wie du ruffest in den wald  
Dasselbe dir her wider schalt.

Miles rusticum lupato capiti apposito male tractans, et diabolus militem tondens.  
Wie der soldat den Pawern mutzt,  
Der Teuffel ihn hergegen putzt.

Potatorum conversationem detestans et porcorum jus petens.  
Mein freund ich keme gern herzu,  
Het ich das Recht nur wie die Kuh.

*Apis mel et aranea venenum e rosa sugens.*  
So sauget aus Heiliger Schrift  
Der eine lehr, der andre gift.

Praefectus cultro aurem Lithvani scindens.  
Man schneidt in eins andern Haut  
So sanft als wer es Rübenkraut.

Campana sine pistillo, quam Leo versat.  
Das Recht ohn Execution  
Ist ohne knepel Glockenthon.

Arion super Delphinum.  
Die Kunst bringt manchen ohne Gelt,  
Auch in gefahr oft durch die welt.

Cupido fidibus ludens et Cygni duo  
Wem Lieb und Music nicht bewegt,  
Derselb ein Hertz von Felsen tregt.

Virgo sine corolla et Pavo sine cauda.  
Gleich einer Pfawen ohne schwantz  
Ist eine Jungfraw ohne Krantz.

Adolescens almodicus  
Kein junger Mensch wird klug und weiss,  
Bis er die Narren schuch zerreiss.  
Simia in columna erecta et viri duo adstantes.  
Es steig ein Narr noch eins empor,  
Er lebt ein Jeck und stirbt ein Thor.  
Piger decumbens et Agricola formicam monstrans.  
Schaw fauler diese Ameis an,  
Wie sie durch fleiss sich nehren kan.

Lithyanus cum cantharo elevato.  
Wenn ich spring, springt mein haab und gut,  
Und hab doch einen gutten mut.

Speculator acris. Sciurus in rota currens  
Wer grübelt in des hochsten rhat,  
Der leufft, kommt doch nicht von der stat.

Nobilis armis variis politus.  
Ein vidimus von einem Mann,  
Der nichts als wapen rühmen kan.

Rusticus ante domunculam sedens.  
Das Hauss ist mein, Wiewol es klein.

Eques generosus. Caniculae allatrantes.  
Obgleich die Tugend Neid anficht,  
Sie helts für wind und acht es nicht.

Virgo ex fenestra prospiciens. Hirundines fenestram conspurcantes. Amatores ante fores ludentes.

Welchs Hauss soll unbefleckt sein,  
Das lass diese Gäst nicht ein.

Materfamilias rem familiarem curans.  
Ein Hausfraw soll nicht gehen viel aus,  
Das lehret sie das Schneckenhauss.

Adolescentes inobedientes sonum tympani sequentes.  
Was in der welt kein guts thun wil  
Das folgt zuletzt dem Trummelispil.

Dives avarus. Porci duo.  
Nichts nutzt ein Geitzhals und ein Schwein  
Bis sie albeid des Todes sein,

Vir cum vestitu funebri per larvam videns.  
Rafft einen Reichen hin der Todt,  
So lacht der Erb und kommt aus noth.

Brachium e nube claves et seram tenens.  
 Was ich kan weiss ein ander nicht,  
 Ein jeder seh was ihm gebricht,  
 Globus mundi. Infans et senex.  
 Ich trat mit freuden in die welt,  
 Ade: der Himmel mir gefelt.

Monasterium Anno 1349 ab Henrico Dusener Magistro Ordinis Teutonici XVIII in proelio ad flumen Strebum inferioris Lithuaniae commisso ex singulari devotione Deo promissum et postea ab ejus successore Winrico Kniprode in honorem D. Mariae et Benedicti pro Virginibus Monialibus costructum multisque pagis et beneficiis dotatum, Anno 1531 ab Alberto I Duce Borussiae in Hospitale magnum conversum et a Georgio Friderico Marchione Brandenburgico auctum. Ad portam Hospitalis magni sub Lazaro:

O frommer Christ ich bit durch Gott,  
 Lass mich nicht leiden Hungersnoth,  
 Reich mir auch mit von deiner haab,  
 Das ich mein dürstiges hertz laab.  
 Gott wird dirs gewiss vergelten  
 Und dich vor einen gesegneten schelten.  
 Marggraff Albrecht der Edle Fürst  
 Mit land und städten vorbewust,  
 Hat dieses Hospital fundirt,  
 Mit land und städten privilegit,  
 Viel einkünfte aus milder hand  
 Dazugeschlagen das niemand  
 Dieselbe davon reissen sol,  
 So lieb als er selig sein wol,  
 Wie auch Marggraff Georg Fridrich  
 Hierüber gehalten festiglich.  
 Der Lazarus vor deiner thür,  
 Sein schüssel dir thut halten für,  
 Gibstu ihm nicht daran mit lust,  
 Ohn unterlass du darben must,  
 Wirstu ihn aber recht nehren,  
 Und ihm lindern seine schweren,  
 So wird der Herr dir gnedig sein.  
 Dich segnen sampt den Erben dein.  
 Alle die da umbe Gottes willn,  
 Durch spittelbrot ihrn hunger stilln,  
 Sollen vor die so sie speisen  
 Teglich beten, Gott lobn und preisn.  
 Voraus vor Fürstlich durchleichtigkeit  
 Auch land und städten allezeit,  
 Danebn die Gab und speiss mit danck  
 Essen ohn verachtung und zanck  
 So wol davon heraus nichts tragen,

Wer solchs übertrit und that wagn,  
Der sol werdn gestrafft nicht minder,  
Gleich wie ein dieb und grosser Sünder.

In Hospitali magno, Monasterium in quo hodie sex Nobilium et sex Civium egenorum filiae vivunt et singulae annuatim 40 marcas Prutenicas, 3 mensuras lignorum achtel dictas et habitationem liberam habent. Quibus praeest Mater. Super januam monasterii ad Christum in cruce pendentem et Mariam gementem depictam:

S. Mariae Closter werd ich genandt,  
Darin vor iahren Menschen tandt  
Getrieben sein, itzt Gottes wort,  
Wie sichs gezimt an solchem Ort,  
Mit unterweisung der lieben jugendt  
In zucht, ehr, lehr, sitten und tugendt,  
In Keuschheit jungfrewlichem leben  
Auch wie alle so Gott ergeben,  
Zu aller zeit und gewisser stund  
Beten sollen von Hertzen grundt,  
Vor alle stand in gemein  
Und die in not und trübsal sein,  
Insonderheit das Gott der Herr,  
Alles was zu seines Namens ehr  
Und jedem nutz und selig ist  
Verleihen woll umb Jesu Christ.  
Zu diesem end Marggraff Albrecht,  
Und folgends Fürstliches Geschlecht  
Des löblichen Hausses Brandenburg  
Mit fleiss und Fürstlicher versorg  
Dies Closter geordnet und gestiftt  
Wie ausweisen ihre handschrifft.  
Darumb wem hie dieses closterleben  
Gefelt thu sich herein begeben,  
Und bet hertzlich zu jeder zeit  
Vor alle Noht der Christenheit  
Denn das heist wie Christus erzehlt  
Mit Maria das beste erwehlt.

Templum Hospitalis et in eo ad Altare vetustum, crux Christi crucifixi, Maria Christus, Johannes artificiose exsculptus, figurae vetustae pictae et nuper renovatae. Ad crucem altaris numerus anni in quo templum exstructum est. Ad posteriorem altaris partem versus sacrarium, Virgo Monialis depicta in sella sedens et manu una cantharum, altera halecem tenens ex papatu superstes, nuper ex zelo a concionatoris Adjuncto Luca Cnospio totaliter ferme colore nigro obducta et deleta, nota vulgi curiosi. Penes altare sepulchrum et saxum sepulchrale Caspari Hennenbergeri concionatoris Hospitalis et scriptoris chronicus Prutenici cum his verbis incisis: Dominus Casparus Hennenbergerus obiit Aetatis LXXI. Anno salutis nostrae MDC. Die Febr. XXIX. In posteriore templi parte saxum sepulchrale, in quo haec verba incisa extant: 1597. 17 Julii obiit Arndt Jansen Finck Amstelrodensis. Ab parietem Epitaphium Clarae Petri Kaufmanni

filiae et Caspari Hennenbergeri uxoris hic sepultae. Ad suggestum: Anno 1349 ist dies closter in der ehre der Heiligen Jungfrauen Mariae und Benedicti angelobet zu bawen vom Heinrich Dusener dem 18. Hoffmeister. Herr Tewes Siwert Anno 1597. Herr Michel Liege. Effigies D. Martini Lutheri et Philippi Melanchthonis. Dicta Biblica. E regione suggesti in muro chori, Foramen, per quod mater monasterii stans vel sedens aut in lecto decumbens concionem audire et concionatorem videre potest. Atrium Remter, in quo Hospitalarius et Praepositi convenient, ubi in tabula consignata sunt balnea et cibatus annui 18 pauperibus Hospitalis in Testamentis perpetuis redditibus annuis, certis diebus ab Alberto I Duce Borussiae, Maria Leonora Ducissa, civibus, viduis praesertim Cneiphovianis et Anno 1614 a Georgio Stein fratre et studiose ejusque heredibus summa 1000 flor. Pruten. et redditu annuo 60 flor. Prut. die Johannis Baptistae, donati, et partim contra violatores magna difficultate haec tenus conservati. Habitationes Concionatoris, Adjuncti, Hospitalarii, Oeconomi. Aedes et camerae communiter dictae Schefferey, Backhauss, Kellerknechtstub, Therbud, Fischmeisterstub, Schulstub, Holtzstub, Steinickegewelb, Kutscherstub, Altbrauhauß, Studentenstub, Handwerksstub, Fastbeckerstub, Fleischerstub, Schottenstub, Georgenstub, Femmienstub, Newdollstub, Sechsdollclausen, Hoffstaben, Leinweberstub, Bedckerstub, Schusterstub, Balbirstub, Kirschnerstub, Zimmerleutstub, Schneiderstub, Knabenstub, Reiffschlaegerstub, Vorsteher vel Meirerstub, Altmittelhauss, Neumittelhauss, Badstub, Kinderhauss, Holtzstub, Manner-schmirstub, Weiberschmirstub, Weiberschmirstub, Megdstub, Luedtkenstub, Altdollstub, Schmid-stub, Antonienstub, Schipperstub, Tischlerstub, Kuchenbeckerstub, Streck, Grosarmen Remter, Küch, Groswagenschawr, Vierneuedollelausen, stall, spansche Kap. Fundatio Hospitalis magni et Domus variolarum Pockenhauss nunc Schmirstub appellata Anno 1531 typis divulgata. Bona Hospitalis magni Aula, Jerusalem, Campus, s. spiritus Heiligengeistsfeld, Pagi 13 Lichtenhagen, Guttenfeld, Seligenfeld, Jungferdorff cum aula Hospitalis, Wolffsdorff, Jegersdorff, Schonelinde, Illmendorff, Kleinaw, Grosaw, Rettaw, Groswodykaym, Jambisen.

Coenobium Franciscanorum Anno 1517 fundatum et Anno 1524 post Monachorum discessum in granarium Principis conversum cum area Mönchenhoff dicta et lignis ad structuras repositis. Pharmacopolium Lebenicense. Aedes Braxatorum primariae cum fontibus in longa platea et monte. Plateae Lebenicenses. Longa praecipua, curva, Monachorum, Monasterii vel Faeminarum aut Taurorum, Anatum, Pannificum. In monte Praedicatorum, Media, Templi. Portae 4 Molarum, stultorum, Krenkenthor, Sackheimensis. Pagus civitatis Lebenici, Penart.

Extra tres civitates in monte, Arx Principis sumptuosa, elegans et ampla, quam Primislaus Ottocarus II Bohemiae Rex cum Ottone Marchione Brandenburgico ad purgandam ab idolatria gentili Borussiam eo profectus sub Annum Christi 1255 condidit. Arcis porta exterior cum clathris ligneis, domuncula vigilis, ponticulus super profundam fossam, in qua gallinae aluntur, porta interior murata et fornicata, et ad eam sub Aquila nigra Prutenica haec disticha ascripta Anno 1533.

Parcere subjectis et debellare superbos  
Principis officium est Musa Maronis ait.  
Sic regere hunc populum Princeps Alberte memento,  
Sed cum divina euneta Regentis ope.

Area amplissima. Fons cum statua Martis et statuis parvis lapideis animalium circumpositis. Structura pulchra et artificiosa Anno 1584 magnis sumptibus a Georgio Friderico Marchione Brandenburgico incepta et Anno 1594 a primariis architectis Blasio Bawart et Johanne Wismar ad finem perducta, in qua ex fundamentis per cellam armamentarium, templum, atrium et granarium superstructum Bacchus, Mars, Jupiter, Venus et Ceres dicuntur denotata. Super

fundamentum structurae cella profundissima 199 pedum longa 38½ lata, aestate frigidissima. Super cellam Armamentarium et in eo Morio Lihtvanus cum tribulo depictus, effigies ex orichalco Comitis Schaumburgici, Tormenta duo maxima Scharffmetzen, quorum unum globos ferreos pondere 84 librarum evomit, tormenta reliqua, Mola ferrea, quae manibus hominum circumagitata intra diem et noctem sesquilastas Prutenicas secalis in farinam redigere potest. Vexilla 6 Feudi Prutenici Ducibus Borussiae tempore homagii praestiti a Regibus Poloniae tradita,

Super armamentarium Templum SS Trinitati consecratum, fornicatum 5 columnis suffultum. In templo altare, organum, odeum, chorus et sedile Principis figuris exornatum, chorus et sedilia Regentum, Nobilium et Aulicorum, ad fornicem manus marsupium vacuum tenens post finitam structuram ab architecto formata, vulgi curiosi nota.

Ante templum et sub templo inscriptiones aureis literis: Marggraff Friderich hat diesen baw ausgeführt. Wer da gleubt an die Hochgelobte Heilige Dreyfaltigkeit, Gott Vater, Sohn, Heiligen Geist, Der hat den rechten glauben allermeist. Super templum Atrium longum, lange saal sine columnis, 274 pedum longum, 59 latum, 200 fere mensarum capax, epulis et choreis solennibus destinatum, in ambitu ad parietes Genealogia Marchionum Brandenburgicorum a Columnensis Romanis et Comitatibus de Hohenzollern Anno 1102 ortum habentium usque ad annum 1582 et Johannem Sigismundum Electorem a pictore aulico Johanne Hennenbergero delineata decoratum. Super atrium, Granarium amplum. Ad latus structurae sinistrum scala gradibus amplis in modum cochleae structa, Bibliotheca Ducalis magna Anno 1540 ab Alberti I Duce Borussiae fundata, in qua reperiuntur epistola ad viduam Freibergensem Lutheri propria exarata manu. Libri multi in folio solido impacti argento. Autographum Beati Alberti I Borussiae Dicis, quo instruit filium Albertum Fridericum ad regimen pium Principeque dignum administrandum. Papyrus gossypina et serica Persicis et Turcicis literis consignata, et papyrus Aegyptiaca rubra alteri non absimilis praeterquam colore. Tabulae cera nigra oblita, quibus insculpta est scriptura germanicis literis et vocibus, quae legi potest. Liber admodum elegantibus typis membranae impressus picturisque hinc inde in margine variis conspicuus, quem Albertus I Dux Borussiae Principissae compingi curavit, ut hac ratione invitaretur ad DEI verbum eo studiosius legendum.. Particula atramenti Indici, quod madefactum scribendis literis admodum accommodatum est. Speculum, quo Hollandus iis quibus valvas removere volupe est, tergum et podicem ostentat, curiositati nonnullorum qui nimium explorare volunt, inserviens. Turris arcis 284 graduum excelsa cum campanis, horologio ambulacro exteriore, prospectu in urbem et campos jucundissimo, habitatione excubitoris, qui quotidie certa hora matutina meridiana et vespertina tuba canit et incendia hinc et inde in urbe et suburbii subito exorta aliaque pericula certis signis annuntiat. Ad latus structurae dextrum et circa aream atrium Moscoviticum, atrium aprorum magnum, in quo hodie Reformati conciones habent, atrium aprorum minus, atrium parvum super habitationem Burggravii supremi cum tabula lusoria et leone ocreato falcem ungulis tenente. Camerae Principis, camera audientiae, camera Tafelstub, camera quietis, Pockoy magna et parva, camera tenebrosa pannis nigris obducta, in qua Albertus Fridericus Dux aeger tempore adversae valetudinis vixit, camera aurea, camera gynaccei, camera Nobilium puerorum, camera flava, camera succini, camera argenti, camera supremi Burggravii et in ea depictus aper in Praefectura Girmaviensi Anno 1606 14. Nov. captus pondere 612 librar. Xiphia piscis rostrum mucerone armatum habens in Praefectura Grünhoviensi Prutenica Anno 1605 13. August. ad littus maris inter lapides inventus et a piscatore extractus, cuius longitudo fuit 5 ulnarum, pondus vero 199 librarum. Carpio in lacu arcis superiori Anno 1606 2. August. pondere 42 librarum captus. Camera Regentum. Camera Quaestorum. Judicium aulicum cum ordinatione aulici judicii affixa. Registratura cum

cantharo ex orichalco, mensura culmensi vetusta et registris. Cancellaria cum archivo, decreto Principis affixo, et hac inscriptione super januam:

Cor Ducas hic patriae thesaurus sistere gressum  
 Lector cancellis abstinusse decet.  
 Ecce rescripta tibi plenis feret obvius ulnis.  
 Taxator, pretium pende laboris, abi.  
 Hoc Electoris manus et mens innuit illam  
 Decreto expressam ceu propiore vides.  
 Sin minus excipiet turpis te forte cachinnus,  
 Defensorque suae Dux erit ipse manus.  
 Des Fürsten Hertz die Cantzeley  
 Des Landes schatz und zierd ist frey.  
 Drumb bleib hie stahn lauf nicht hinein,  
 Erwart des Taxatoris fein.  
 Nim an die schreiben leg ab die gbür  
 So thustu was dir gheat die thür,  
 Sonst ist der schimpf und schade dein,  
 Der straff auch must gewertig sein,  
 Die Fürstlich Hand dich schrecken solt  
 Wenn zucht und sham nicht gelten wolt,  
 Ein erbar gmüt folgt diesem rhat,  
 Dem Vorwitz reuts erst nach der that.

Camera Amptstub ad portam, camera schenkstub ad scalam atrii magni aprorum cum multis rythmis, inter quos sequentes sunt memorabiles:

Bluthunde und Tyrannische art,  
 Die armen Leute drucken zu hart,  
 Sie nemen selten ein gutes end,  
 Und fahren ins ewige elend.  
 Ein Furst der wil handeln löblich,  
 Der wisse das ihm nicht ist rühmlich,  
 Das er einen durftigen Mann,  
 Lasset mit trawren von sich gahn  
 Er hat sein Ampt nicht wol in acht,  
 Und seine zeit ubel zugebracht,  
 Dann eines Herren arme Leut  
 Dürffen rhat und hülff zu jederzeit,  
 Ist armut ein Ehr, So bin ich ein Herr,  
 Und ist wenig viel, So habe ich was ich wil  
 Doch hat mir nie kein gelt gebrochen  
 Als nur den Sontag und sechs tag in der wochen,  
 Bin gleich fröhlich in dem Herren,  
 Lass tawren die das gelt verzehren,  
 Frag nichts darnach wer die schaff schirt,  
 Wer weiss wem die woll gebürt,  
 Und sag das mit guter warheit,

Wie ich erfahre itziger zeit  
 Wer zu Hofe dient bis ins alter hinein,  
 Der singt zuletzt ach Gott erbarm dich mein.  
 Wir müssen alle sterben gleich,  
 Der Tod schont weder arm noch reich,  
 Er hält sein alt gesetz und recht,  
 Nimt den Herren sampt den Knecht.  
 Freilich ist zu erbarmen  
 Das der Reich frist den Armen,  
 Der Teuffel frist den Reichen  
 So verderben sie beide zugleichen.  
 Drumb Adler lieber Adler mein,  
 Vergönne den kleinen Vögelein,  
 Da sie ihren theil auch fressen mit,  
 So gib Gott segen glück und fried.  
 Niemand sol streben nach ruhm,  
 Das Glück ist zart wie ein Blum,  
 Es kommt ein reiflein in dēr nacht  
 Und nimt ihr alle krafft und macht.  
 Ein Herr sol pflegen sein Kind  
 Die Leut die ihm befohlen sind,  
 Gebit dir selber hab dich in hut  
 Und steure deinem fleisch und blut,  
 Richte dich allzeit nach Gottes wort  
 So wird dirs wohlgehen hie und dort.  
 Gedenck an den Tod, weil du bist rot,  
 Frisch und gesund, ohn alle not,  
 Er steht allezeit hinder der Thür,  
 Und spricht o Mensch du must herfür.  
 Wer da dienet der Gemein  
 Dieses danck ist gar klein,  
 Un wvens ein wenig übel wil sein,  
 Lehret man ihn beten allein.  
 Des schmeichlers wort sind gift und gall,  
 Hütte dich sonst bringt er dich zu fall.  
 Ich trug in meinem herten,  
 Unruh Kummer und grossen schniertzen.  
 Dieweil es nicht kan anders sein,  
 Es muss gedult, hoffnung mein artzeney sein.  
 In grossem glück erheb dich nicht,  
 Im unglück verzage nicht,  
 Vertraw dem Herren deinem Gott,  
 Der hilft gewiss aus aller not.  
 Ein heichlers Hertz ein falscher mund  
 Bleib fern von mir zu aller stund,

Wers redlich meint der kom herein  
 Bey falschen Leuten mag ich nicht sein.  
 Trinck und iss Gott nicht vergiess,  
 Denn sauffen und fressen ist Gott vergessen.  
 Ein blind Mann, Ein armer Mann,  
 Noch ist der ein armer Mann,  
 Der sein Fraw nicht zwingen kan  
 Dein eingang und ausgang mein,  
 Lass dir Herr Christ befohlen sein.

Camerae armaturarum sub atrio aprorum magno et in iis ad januam rythmi ingredientibus praescripti. Armatura equestres 7 vulgo Kürisser auff böcken egregie politae Magistrorum Ordinis Teutonici Cruciferorum et inter eas Henrici Schindikops Mareschalli cum clava, Martini Wallenrod cum lancea et corolla quae singulis annis a custodibus armaturarum pro dolio cerevisia pleno a familia Wallenrodiana renovata est. Armatura et Gladius Alberti Magistri Ordinis Teutonici ultimi et Ducis Borussiae primi. Armatura Alberti Achillis Marchionis Brandenburgici inusitati ponderis. Armatura Principis firmae 45. Schussfreihe Rüstung. Tegumenta Hauben 60. Pakaneitlein 33. Armatura nigrae 14 Valentini Manstein, a Joachimo Borckio Mareschallo hue translatae. Armatura caerulea et nigra Ansbacensis. Armatura nigra Principis. Armatura nigra Hungarica Georgii Friderici Marchionis Brandenburgici. Galea Hungarica. Galea Hispanica. Chirothecae 2 ex laminis Armatura ferrei coloris 16. Armatura cum annulis 48. Loricae 6. Pilei 2. Mitrae 4. Mitra Henrici Ducis Brunsvicensis, qui a Johanne, Friderico Electore Saxoniae captus fuit. Armatura certaminis. Armatura servi et Brachialia. Armatura 2 politae. Armatura vetusta cum duabus crucibus. Armatura politae 40. Armatura nitidae 6. Armatura divisa. Armatura cum barba. Apparatus equestris. Tegumenta equorum 20. Pectoralia, Ventralia, Frontalia ex chalybe 45. Ephippia ex chalybe 38. Ocreae ferreae et aliae res ad armaturas pertinentes 44. Mitra Moscovitica. Clavae vetustae 77 et una cum bombardis occultis. Bombarda longa cum tegumento ligneo. Bombardae partim auro partim argento obductae Alberti Friderici Ducis, Georgii Friderici Marchionis Brandenburgici, Henrici Ducis Brunsvicensis, Johannis von Lohe, Henrici Follert, Leonis Packmor, Joh. Portugal. Bombarda cum annula ferrea. Framea Domini Schenckii. Gladii 4 Alberti Friderici Ducis. Acinaces a Duce Juliacensi Alberto Friderico Duci Borussiae donatus. Acinaces duo Bohemici. Gladii varii vetustissimi. Gladii carnificis. Gladii certaminis duo. Gladii venatorum 5. Gladii terneamenti 35. Acinaces Moscoviticus. Acinaces duo Polonici. Clava vetusta Moscovitica. Sagitta vetustissima. Pugio magnus argenteus et caeruleus Georgii Friderici Marchionis Brandenburgici. Bipennis magna partim inaurata Henrici Follert. Lancea Indica. Lanceae 4 parvae Georgii Friderici Marchionis. Toga et pileus Moscoviticus. Arcus ex chalybe cum pharetra et sagittis Alberti Ducis. Arcus Georgii Friderici Marchionis. Arcus Tartarici 3 cum pharetris et sagittis. Tela multa lignea veterum Prutenorum varie cuspidata, plana, acuta, et semilunaria. Vexilia 17 aulica flava ab Alberto I Duce Borussiae Cracoviam delata. Perticae vexillorum Feudi 2. Tegumenta, cassides, galeae, loricae, chirothecae ferreae, sclopeta, vaginae, enses, pugiones, baltea, perae, cornua, hastae, jacula, missilia, stapedes, ocreae, ephippia, fraena, instrumenta partim inaurata et inargentata. Sellae, lecticae, tapetia, ornamenta varia asinorum, equorum ex auro, argento et serico. Ephippia ex chalybe, auro, argento, serico, corio praeparato. Ornamenta equestria adamantibus, turcosiis, aliisque gemmis et pennis avium pretiosis exornata. Mensa cum 10 arculis et instrumentis venatoriis. Mensa cum fulcris torneatis. Cistae magnae 15. Arcae 5. Scamnum. Serae majores 3. Serae

minores 3. Sera magna. Sera magna artificiosa pensilis. Ferrum lanceae vetustum Bohemicum. Trahae Principis 7 pulchrae et sumptuosae cum figuris aquilae, gryphi, leonis aliorumque animalium exsculptis et ceteris ornamentis. Olim hic plura arma et instrumenta auro, argento et geminis obducta fuerunt, quae postea alio translata et in alias usus conversa sunt. Camerae armaturarum sub Bibliotheca cum armaturis vetustis insolitae magnitudinis quondam in concursu cataphractorum vel torneamento usitatis. Balnea duo ad muram, quorum unum Wildbat dictum intus stanno obductum et ita profundum est, ut in eo lavantes natare possint, cum siphunculis, capitibus aquam evomentibus, fornace cuprea, parvis columnis et statuis stanneis Neptuni, Actaeonis in cervum conversi. Culinae 3 Mundküch, Ritterküch, Gemeineküch. Aedes Braxatorum 3, Pistorum 3, Vietorum. Carceres Groslogglock, Diebsgefengnüss, Pfefferstub, Haberthurm exterior et interior, Arreststub, klem gros spansche Natel, Peincammer, zwinger interior et exterior, ubi Nobiles mortis rei gladio docellantur. Transitus per omnia atria et cameras arcis. Transitus par ambulacrum altum ligneum ex arce in hortum Principis. Transitus ex arce per domum monetae vetustam in forum Palaeopolitanum, ubi nunc judex aulicus habitat. Ante arcem, Territorium castrense liberum Burgfreiheit. Mons Schlosberg, Mülberg cum pergulis institorum. Equilia Principis cum areis Rossplatz, Stalplatz, stabulis et equis. Molendina frumentaria. Principis tria insignia. Superius, medium, inferius etiam Maltzmül dictum, Mola politorum. Aula molendinorum cum habitatione Magistri molitorum. Officina fabri aulici. Lacus arcis. Domunicula Dinghauss judicii aulici criminalis, coram quo tenentur etiam comparere Nobiles in causis et actionibus criminalibus. Bibliopolium. Typographia. Domus Nobilis Lönsdorffii, in qua Rusticus juvenis 22 annorum cultrivorus Andreas Grünheide in pago Grünwald non procul ab oppido Landsberga sub jurisdictione Nobilis Georgii a Greben natus mirabiliter sanitati restitutus fuit, qui anno 1635 die 29 May stylo novo feria 3 Pentecostes nauseam quandam in ventriculo sentiens, vomitumque more consueto sibi procurare studens manubrio cultri sui fauces irritavit, vomituque non statim succedente paulum profundius cultrum intrusit, qui a faucibus comprehensus sensim fundum ventriculi petiit. Huic Rustico postea die 9 Julii versus sinistram Hypochondri partem ad duos transversos digitos sub nothis costis a chirурgo sectione venter apertus et acicula incurvata ventriculus attractus atque ad superiora deducta cuspide supra eandem ventriculus paululum incisus ac feliciter culter auxilio divino extractus et omnibus adstantibus conspiciebatur propositus fuit. Vulnus brevi tempore idoneis medicamentis consolidatum et culter qui post excisionem decem pollicum latitudinem adaequabat aliquamdiu in Bibliotheca Principis asservatus postea vero ad postulatum S. R. M. Vladislav IV Regi Poloniae missus et tota historia cum cultri forma in aes et lignum incisa, in tractatibus aliquot Medicorum dissidentium et cantione Germanica per totum fere orbem decantata, et Anno 1639 Testimonio latino urbis Regionemontanae de cultrivoro Borussiaco percurato publicis typis divulgato confirmata est, cuius testimonii originale adservatur ab Hollandis Leidae in Theatro Anatomico. Similis fere cultrivorus fuit etiam Rusticus Bohemus histrio, qui Anno 1602 Pragae cultrum minorem diglutivit et sanitatem recuperavit. De quo scripsérunt Crollius in praef. Basil. chym. et Hildanus in obs. chir. Officina monetae nova, olim Templum S. Mariae Magdalene, ubi hodie moneta Ducalis Prutenica euditur. Domus pro pilae ludo. Aedes supremi Provinciae et Aulae Magistri, Cancellarii cum hortis, Borekii. Platea Altjunckergass, Newjunckergass, Kehrwider Amnis Katzbach ortum ex lacu superiore habens et per plateam Mönchenhoffgass civitatis Lebencii in fluvium Pregelam decurrens, rotis molarum circum agitandis, linteis lavandis et dealbandis aliisque usibus inserviens. Hortus Principis amplus et amoenus et in eo ad portam, Habitatio Hortulanii. Portae 4 Honoris Palaeopolitana, Cneiphoviana, Lebencensis, Aulica die 31. Octob. Anno 1641 in solennissimo

ingressu Serenissimi et Potentissimi Electoris Brandenburgici et Duci Borussiae Friderici Wilhelmi in tribus civitatibus et arce erectae et postea hic collocatae cum statuis, figuris, pyramidibus, vexillis, picturis, ornamenti et inscriptionibus. Inter has eminet Porta honoris Palaeopolitana in aes a Johann Hermanno sculpta et publice divulgata, in qua sunt statua Herculis coeliferi Atlanti succedanei summo loco Portae imposita, e qua in ingressu Principis aquae saliebant. Theatrum cui Relligio et Pallas supremis gradibus in mediis Pax, in infimis Apollo, Mercurius, Vulcanus et Saturnus incident. Adsunt quatuor Angeli in totidem angulis praesidiarii seu tuteiores. Ad latera duae Pyramides, altera albo altera rubro vexillo conspicuae. Supra ipsum portae Arcum in medio, effigies Principis cum ejusdem Symbolo: Domine fac me scire viam per quam ambulem. Circa, tres Aquilae, media alba, Polonica, effigiem alis quasi obumbrans, dextra rubra Brandenburgica, sinistra nigra Prutenica. Insignia Principis 24, inferius per totam Machinam deposita et duo nobiliores Prussiae fluvii, Memela et Pregela aliaque ornamenta et inscriptions. Ambulacra et viridaria amoena, areolis, peristyliis, hemicyclis et topiariis pulchre distincta variisque arboribus, plantis, herbis domesticis et exoticis consita inter quas fuerunt Anno 1644 absinthium Romanum tenui folio, acetosa Romana, aconitum bucciferum, sive Christophoriana, aethiopis, alaternus, alcea Veneta, amaranthus purpureus, amygdala, pumila, astragalus, Mospeliensis corniculatus, astragalus supinus siliqua triangulari, artiplex buccifera auricula ursi, balsamina foemina, blattaria, blitum Peruvianum, calamentum montanum, caltha palustris flore pleno, carduus Syriacus, carduus sphaerocephalus, cassia fistularis Aegyptiaca, castaneae, cerefolium Hispanicum, cerinthi Plinii, chamaemelon Romanum, colutea vesicaria, convolvulus Indicus flore caeruleo, corona Imperialis, Crocus vernus, cyanus Constantinopolitanus sive Turcicus cyparos esculentus Italicus sive radix Thrasi aut Dulcichini datura flore caeruleo, dictamnus albus flore purpureo et albo, doronicum Romanum. elleborus albus, elleborus niger Syriacus flore albo, esula Indica, sucus Indica minor, flos Adonis, flos admirabilis sive Mexicanus, flos solis, flos Tunetanus sive Africanus, fritillaria, frumentum Indicum, fumaria major perennis Americana, genista Hispanica, geranium Anglicum, glycrriza Bergensis, gramen pictum, hedyserum dypeatum peregrinum Clusii, hemerocallis chalcedonica, hesperis noctu olens, herba Veneti, hieracium barbatum medio nigrum: hieracrum montanum laciniato folio, horminium Aethiopicum hyacinthus Hispnicus stellatus, hyacinthus Botryoides, Muscari, jacobea marina, jasminum flore albo et luteo, lupinus caeruleus, lychnis chalcedonica, flore pleno, iris bulbosa, iris florentina, iris Persica Martia, iris susiana, iris flore caeruleo, iris flore vario, lagopus Hispanica, lavendula flore caeruleo et albo, laureola, lathyrus, lathyrus Hispnicus et Americanus, laurus Tinus major flore glabro, laurus Tinus minor, lilia Asphodelus minor flore luteo, lysimachia Virginiana sive hyoscyamus Virginianus, Prosperi Alpini, mala Armenica, aurantia, citrea cydonia granata Persica, Malva Aethiopica flore coccineo, mentha crispa, Moschatina, mespilus myrrhis Hispanica, myrtus Tarentina, narcissus flore vario, nasturtium Indicum, nicotiana, nigella damascena, oliva sylvestris, origanum Creticum, ornithogalum flore albo, palma christi, papaver cornutum flore luteo, periclymenon, phaseolus Heinianus, petroselinum Macedonicum verum, phalangium Peruvianum, phu Ponticum, philosella Syriaca, piper Indicum, poma amoris, rhabonticum Alpinum, rhodia radix, rhododendron, rosae floribus variis, rosmarinus coronarius bulbosus sive rapa s. Antonii, scabiosa Hispanica, Scorpoides, scorzonera Hispanica, securidaca minor, siser, staphylocladus, syringa Italica et Arabica, thlaspi Creticum trochelium maximum sive viola marina flore simplici, albo caeruleo, purpureo, tulipae variorum colorum, valeriana, Graeca viburnum, vinca pervinca, viola purpurea, vitis vinifera, urtica Romana. Aedes aestivae voluptariae. Tilia magna et ampla. Arbor sagittaria. Piscinae. Fonticuli. Domus lotionis. Area proxima cursui equorum destinata. Area

muro cincta venationibus ursorum, aprorum aliarumque ferarum dicata cum claustris, ursis apriis et aliis feris inclusis. Versus portam S. Crucis, Pergulae institorum. Laniena aulica. Aedes Mareschalli supremi cum horto. Stabulum Principis. Locus ad lucum arcis, ubi stetit turris pulveris nitri Anno 1636. 14. Junii media fere nocte horrendo tonitru et fulmine magnoque hominum terrore et aedium vicinarum longeque dissitarum commotione et detectione eversa. Porta s. crucis. Domus fusionis contigua olim Monasterium et Templum S. Crucis cum monumentis quibusdam vetustissimis Monachorum, ubi nunc campanae et tormenta ex aere conflantur. Aedes amqlae Andreae Creutzii supremi Provinciae et Aulae Magistri cum area, scalis, cameris et atrio pulchro in quo saepe aulicorum et aliorum nuptiae habentur. Ad murum atrii exteriorem:

In Gottes Nahm baw ich dies Hauss,  
Wenns ihm gefelt wil ich daraus,  
Kein bleibend Stt haben wir doch hier,  
Die zuknftige suchen wir.

Mich verlanget nach unser behausung die im Himmel ist, ach hilff das ich dahin kom, da ich Gottes angesicht schwae. Anno 1632. Mein erster Tag war weinen, Der ander ist arbeiten, Der dritte wird sein ein seliger Todt. Ante portam S. Crucis. Area equorum cum asino ligneo et justitia militum. Aula curruum cum habitatione Praefecti Haussvogt, area et curribus Principis. Aula venatorum cum habitationibus, canibus et instrumentis venaticis. Immunitates Principis Frstliche Freiheiten. Angera nuper a Commissariis Principis Lebenicensibus tradita. Semita. Sackheimium. Templum D. Mariae et omnium sanctorum Sackheimense Catholicorum Romanorum fornicatum, 24 columnis muratis suffultum. In templi fundamento versus ortum primus lapis serico involutus enm hac inscriptione positus: D. O. M. in honorem DEI omnipotentis ac Beatissimae Virginis Mariae et omnium Sanctorum, nec non patronorum Ecclesiae hujus SS. Andreae Apostoli, Johannis Baptista, Alberti Episcopi et martyris, Illustrissimus et Reverendissimus Episcopus Varmiensis Dominus Simon Rudnitzki hujus Ecclesiae ordinarius lapidem hunc angularem consecratum juxta ritum SS. Ecclesiae catholicae Romanae fundamentis apposuit die 22. May Anno 1614. In templo ad summum altare, Crucifixio Christi. Ad latera summi altaris, Epitaphium Christophori Winteri. D. Maria e ligno sculpta, inaurata coronata, sceptrum manu tenens, quotidie candidis cereis collucens. Imagines S. Wilhelmi, S. Mauritii. Ante summum altare, Corona ex orichalco pensilis. Ad alterum altare, Coronatio Christi corona spinea et Christus crucem bajulans ingeniose e pictore Brabantino penicillo delineatus. Ad tertium altare, Passio Christi. Ad quartum altare, Imago Johannis Baptista et Herodiadis Johannis caput in manibus tenentis. Ad quintum altare, Imagines D. Mariae, Pueri Jesu, D. Casimiri, Nautarum, Friderici Ridt D. Casimirum ita invocantis:

Ire juva placido spatiosa per aequora vento  
Nautas per mare, per flumina, per pelagum.

Ad Sacrarium sub Christophoro Magno et Eremita depicto:

Haec tibi spectator sacra quae praesentat imago,  
Mystica sunt veri syubola Christophori,  
Christum fert humeris immensus more gigantis  
Dum fert humanum per freta saeva genus  
Non mundi aut pelagi rabie terretur at atra  
Nocte maris fluctus transmeat intrepidus,  
Lucida Eremitae pellit laterna tenebras

Sancto Evangelii lumine Christe tui,  
 Et gressum Pinus viridans ac florida firmat,  
 Quae solida constans est sine labe fides  
 Tu quoque Christophorum vigilans imitare beatum,  
 Ut verus tandem Christifer esse queas.  
 Das lehret dich o Leser mild,  
 Des Heiligen Christoffers bild,  
 Christum den tregt er übers Meer,  
 Als wenn er ein grosse Ries wer,  
 Achtet nicht des Meers brausen,  
 Auch nicht der stolzen welt sausen,  
 Dieses kompt aus Christi lehr,  
 Sagt der fromme Einsiedler,  
 Dieser kompt warlich kurtzumb  
 Aus christi Evangelium,  
 Nach diesem leben ohn falschen schein,  
 So kanstu auch Christoffer sein.

In Sacrario vestes, casiolae, calices, patinae, thuribula, cerei vasa et ornamenta sacra. Ad parietem sub S. Adalberto martyre depicto:

Der erst Bischoff in Preussen ich war,  
 In sechshundert siebenneunzig iahr;  
 Christi lehrt ich Evangelium,  
 Gesand durch Bapst Gregorium  
 Fischhausen wird jetzt genandt die Stadt,  
 Alda man mich getödtet hat,  
 Wegen Christi des Gottes Sohn,  
 Derselb gab mir die marter kron.

Sub S. Kiliano martyre:  
 Hi sunt Herbipolis, qui te docuere magistri  
 Qua verum coleres religione Deum.  
 Impia quos tandem jussit Geilana necari,  
 Celavitque sub hunc corpora caesa locum.  
 Ne turpi sine laude situ defossa jacerent  
 Corpora, Burkardus sub monumenta locat.

Sub Baptismo Christi:  
 Johannis König sit ut hic aliquando sepulchrum,  
 Pro se proque suis hoc faciebat opus.

Sub S. Francisco Xaverio et Ignatio Lojola fundatore societatis Jesu:

Da weiber nemen und fleisch fressen  
 Hat manchen Münch und Pfaffen besessen,  
 Und thaten alles verkehren,  
 Fingen diese Heiligen an zu lehren.

In saxo sepulchrali D. Georgii Martini Parochi:  
 Doctor eram et Parochus non pridem ad tanta vocatus  
 Octo annis aedis Presbyter hujus eram.

Melsack me genuit, docuit Brunsberga, recessi  
 Post lustra hujus vitae circiter octo meae.  
 Defunctus miratur monumenti Fundatorem,  
 Non ovis Pastorem, Pastor ovem tumulare debebat,  
 Ovis Pastorem tumulare pie volebat.  
 Non est ordo quod miraris,  
 Arnoldus Maubach est ovis rationalis.

In saxo sepulchrali Herberti Brabach: Herbertus Brabach Coloniae Ubiorum natus, Regiomonti numero civium adscriptus. Vir Simplex, Rectus et Timens Deum, vere catholicus Fide, Vita, Animam Deo reddidit Anno 1626 die 29. Januar. Corpus hic poni voluit.

In vexillo suspenso et saxo sepulchrali, Insignia et Effigies picta ac lapidea Nobilis Equitis Poloni Stephani Temrock Szimkowitz in itinere a militibus trucidati.

In saxo sepulchrali Christophori Winteri scabini Palaeopolitani et catholici Romani:

Non nos hic positos mirare Victor,  
 Queis cum nos fides sub polo junxit,  
 Hisce duos et sub solo jungit  
 Hisce nos et in polo junget.  
 Vale et nostris manibus bene precator.

Obdormivit 29. April Anno 1623. Aet. 47.

Ad Odeum tabula vetusta cum Abecedariis se invicem informantibus depictis et his verbis subscriptis:

O Heilige Maria bitte Gott vor uns mit deinem Geschlecht, Kindern Frawen und Mannen 1500.

Baptisterium ad quos per gradus ascenditur. Portae templi 3 cum mandato Electorali affixo de non offendendo Parocho. Coemeterium cum cruce christi crucifixi elevata, aedibus et hortis Parochi et Diaconi, schola, habitationes Cantoris et Pulsatoris, religioni catholicae Romanae addictorum.

Templum novum vicinum Ecclesiae Sackheimensis Lutheranae Anno 1640 condì inceptum, propter lites de vicinitate et fundo a Catholicis Romanis vicinis motas usque ad annum 1643 imperfectum et clausum.

In templo ante altare, Saxum sepulchrale cum his verbis incisis: Anno Christi MDCXL. III Septemb. Memor vanitatis ac mortis suae lapidem hunc sepulchralem sibi et suis vivus posuit M. Georgius Neuschilling primus Germanorum Sackheimensium Pastor. Saxa sepulchralia Wilhelmi Hermgart H. L. Suggestum. Odeum cum Positivo. Ad chorūm, Statuae e ligno sculptae Regis, Davidis cythara ludentis et Musarum. Ad tabulatum, corona pensilis cum candelabris. Portae 3. Circa coemeterium, Habitationes Pastoris, Cantoris, Pulsatoris, Schola. Aedes novae. Judicium Sackheimense. Habitatio Judicis Sackheimensis. Area et strues lignorum Lebenicensium. Hortus lignorum Principis cum habitatione curatoris lignorum. Caupona Sackheimensis. Templum S. Elisabethae vetustum, in quo diebus Dominicae concio Lithvanica habetur. Ad altare hujus templi, Passio Christi cum figuris. Ad baptisterium, Disticha sequentia partim calce deleta et vix legenda:

Cum tribus et centum post incunabula Christi  
 Aeterni lustris juncta decem bis erant,  
 Et novies Phoebus binos compleverat annos,  
 Aethera, qui curru pervolat ignivomo,  
 Lazarus hunc tumulum Sengstock hac Presbyter aede,  
 Baptismique locum struxit amore Dei.

Ad parietes Epitaphia Lazari Sengstock primi Pastoris Lithvanici, Johannis Hartmanni, Elisabethae M. Georgii Neuschilling filiae cum lapide sepulchrali et hoc disticho inciso:

Nil es gens hominum nae nil nisi pulvis et umbra  
Ac flos qui saevo flante aquilone cadit.

Coemeterium S. Elisabethae in quo pauperes Hospitalis magni sepeliuntur. Habitatio Pastoris Lithvanici, Vespillonis. Aedes vicinae Hospitali magno subjectae, ubi olim fuit Monasterium S. Elisabethae Virginum Monialium. Tabernae et Balneum Lithvanorum Laniana Lebenicensis. Fornaces calcariae Lebenicensium et Principis officina vitraria nova cum tribus fornacibus, in quibus vitra crystallina sicut apud Venetos hodie conficiuntur. Horti Sackheimenses partim lupulis partim arboribus consiti. Hortus peramoenus Kellermeisteri cum taberna aestiva publica, tilia magna et ampla. Hortus Andreae Adersbachii cum duabus turriculis prospectu in fluvium Pregelam et prata longe lateque patentia jucundo. Area pro conficiendis funibus nauticis. Domus pro peste infectis Lebenicensium. Hortus amoenus Wolfgangii Creutzii et in eo ambulacrum amplum, longum et amoenum juxta perspectivum, viridaria arbusculis, plantis herbis domesticis et exoticis culta, areolisque peristyliis, hemicyclis et topiariis distincta, solarium amplum, orbiculare, artificiosum et circa illud numeri ab hora IV matutina solis orientis ad horam VIII vespertinam solis occidentis et literae W. V. C. A. G. R. ex solo buxo luxuriante et virescente distincte expressae et artificiose confectae. Plateae Sackheimenses Magna, Valli, Media, Posterior Nova, templi, Areae, Lata versus aulica, curruum Angerae Lebenicensis, Porcellorum. Vallum. Propugnacula Lebenicensia 1½. Porta valli propter defensionem Principi concessa. Extra portam valli, Domus sagittariorum Lebenicensium cum variis animalium figuris ex ligno sculptis, ad metam directis et rythmis camino inscriptis:

Ein schütz der da scheust zum ziel,  
Der muss sich nich umbsehen viel,  
Er muss auch sein gehör nicht wenden  
Auff das geschwetz neben und hinten  
Mit den Armen muss er nicht schwencken,  
Nicht vagiren mit den gedancken,  
Muss auch das  $\heartsuit$  nicht lassen fallen  
So lang bis der schuss thut knallen,  
Stets halten nach allem Vermügen  
Auff solche weiss sol man auch pflegen  
Zu beten, zo man wil erkalten  
Bey Gott das er gnad las walten.  
Das ziel aber ist Gott allein,  
Und sonst keiner wer der möcht sein  
Zu dem mus das  $\heartsuit$  halten stet,  
Der Glaub entzündet das Gebet.  
Thustu nicht also lieber schütz  
So ist beider arbeit kein nütz.

Lacus cupri. Officina ferraria cum molendino. Mola ventosa Lebenicensis. Habitatio molitoris. Immunitas Principis cura nova. Coemeterium Reformatorum partim muro cinctum. Supra portam. Insignia Brandenburgica lapidi insculpta et inscriptiones aureis literis Anno 1646 renovatae: V. G. G. Louisa Charlotta und Hedwig Sophia Geschwistern Marggraefinnen und churfürstliche Princessinen zu Brandenburg J. P. G. C. B. H. Memento mori.

Der Durchleuchtigste Hochgeborene Fürst und Herr, Herr Georg Wilhelm Marggraff zu Brandenburg des Heyl. Röm. Reichs Ersatzcämmerer und Churfürst in Preussen, Gülich, Cleve, Bergen, Stetin, Pommern, Cassuben und Wenden, auch in Schlesien zu Crossen und Jägersdorff Hertzog, Burggraff zu Nürenberg, Fürst zu Rügen, Graff zu der Marck und Ravensburg, Herr zu Ravenstein hat Anno 1629 diesen Gottesacker fundiret und der Christlichen Reformirten Gemeine zum Begränüss gnediglich ertheilet. In coemeterio, sepultura fornicata, saxum sepulchrale, Insignia 18 in saxo incisa, Insignia 23 in tabula nigra delineata et serta 6 muro affixa Balthasaris von Brunn Consiliarii intimi Electoris Georgii Wilhelmi et Julianae Charlottae Sophiae P. D. La cave. Saxa sepulchralia Batavorum, Scotorum et aliorum Reformatorum hic sepulchorum cum dictis Biblicis et inscriptionibus incisis. In saxo sepulchrali Elardi Eileri Studiosi:

Hic tegor Ellerus mortis confixus ab armis,  
 Parte fruor coeli, sed potiore mei,  
 Vivendi Bremae celsis in montibus ortum  
 Cepi, Mons finem regius ecce tulit.  
 Flos juvenilis eram decus ingeniove corruscum  
 Inque Deum precibus mens pia semper erat.  
 Flectere praeproperi tamen invida spicula fati  
 Non vigor aetatis nec potuere preces.  
 Hic ego expecto venturi Judicis horam  
 Qua rediviva mihi viscera reddet humus.

Elardus Elers Philosophiae et Jurisprudentiae studiosus Anno 1623 Bremae natus Anno 1644 die 25. April. Regiomonti denatus, 29 dicti Mensis sub hoc tumulo repositus carnis resurrectionem cum omnibus electis praestolatur, cui Deus sit propitius. Cauponae, Aedes aestivae et Horti Novae Curiae. Hortus amoenus Pauli Eglof aurifabri Lebenicensis ambulacris contextus perspectivis, viridariis amoenis, arboribus, fructibus, plantis herbis, floribus variis domesticis et et exoticis exultus. In perspectivis, Historia ementium et vendentium ex templo Hierosolymitano ejectorum. Fons. Homuncio nates denudans et Molossus depictus. In atrio aedis aestivae, Asinus penicillo delineatus cum scala et rythmo:

Wer nicht schimpff oder schertz kan leiden,  
 Der mag auff diesem Esel reiten.

Anno 1623.

Figurae in aes incisae cum hoc titulo: Meister Groswort vornehmer Frembder wolversuchter schleiffer der grossen Messer, so man itzo sehr brauchet, welche ich auch so scharff machen kan, das sie selbsten in lufften davon fliegen.

Ich bin der frembde Meister gut,  
 Der alle grosse Messer schleiffen thut,  
 Sie sein auch wes Standes sie wolln,  
 So dürfen sie sie bey mir nur holen  
 Sie fligen dahin scharffwolge zirt  
 Auch hel, blanck und sehr wol polirt,  
 Das so ein Mann zirt sein Messer  
 Dir wolthut und teuscht dich besser.  
 Ist schertig kom zu mir gelauffen,  
 Es sol sich hinfert besser brauchen,  
 Neben mir steht auch ein Mann,

Der das Messer bei mir hat schleffen lahn,  
 Das solches Messer er brauchet fort,  
 Das dergleichen noch nie gehort,  
 Je lenger er schneidet, ie besser es wird  
 Ich bin gut, mir gar nichts irrt.

Aedes pulchrae Asveri Brandt supremi Mareschalli cum scala, turricula, ambulacro, atrio et horto ampio. Plateae Novae Curae, Magna, super antiquam aream Reperbaan, et novam Angeram, post aulam curruum, post aulam venatorum, parvae 2, Brandtstadt. Vallum. Propugnacula ad arcem pertinentia. Porta valli. Immunitas Principis Rosgartum, anterius et posterius. In anteriore, Judicium Rosgartense. Habitatio Judicis Rosgartenensis. Cauponae Comnickskrug, Sponkrug, Ganskrug. Domus Christophori Meinart vini adusti destillatoris apud quem fuit Gladius serratus piscis Xiphiae et culter ligneus ulnae unius et trium quadrantum longus cum sequentibus rythmis inscriptis:

Ein Messer gross ohn unterscheidt  
 Allen auffschneidern zu dienst bereit.  
 Drumb Monseur ich bit mich anzunehmen,  
 Weil ich mich zum schneiden thu bequemen,  
 Ich kan auffschneiden und pflügen wacker,  
 Es sey gleich wo er wil der acker,  
 Ich schneide scharff und lüge freih  
 Dem vorschneider der mein dürftig sey,  
 Zu vorschneiden bin ich sehr geschwind  
 Als wenn ich flig in den wind,  
 Das ich wol schneiden und ligen kan,  
 Weiss von mir zu sagen jedermann.

Plateae Anterior, Alutariorum. Ponticulus suum. Claustrum. In posteriore, Templum Rosgartense Anno 1523 fundatum cum altari, baptisterio, suggesto, Odeo, positivo, choris, historiis Biblicis ad tabulatum depictis, coronis 2 ex orichalco dependentibus, epitaphiis, vexillis suspensiis Jeremiae Mörlini Praefecti militaris nepotis Joachimii Mörlini Episcopi Sambiensis, Ludovici Ripp Magistri equitum, Philippi Christophori Gans von Pudlitz Capitanei Pillaviensis. In coemeterio Rosgartensi, Tiliae arbores, sepulchra epitaphium memorabile aeris injuria ferme totaliter corruptum et vix legendum Christophori Bitteri junioris decimi geniti Anno 1605. 22. Decemb. et demortui Anno 1620. 29. August Aet. 15 a Christophoro Bittero parente, lanifico docto, omnium lanificorum a Duce Alberto Friderico in Borussiam vocatorum, primo ex oppido Essen Ducatus Bergensis Westphalici oriundo, in juventute Dortmundi literis imbuto positum:

En fecit senior, tenUIque rUDique MInerva  
 Aetas defuncti.

Christophorus Bitter carmina lanificus  
 Hac in Christophorus quiescit urna  
 Bitterus junior puer dicatus  
 Literis ingenuis, doloris omnis  
 Curarum et vacuus beatiorem  
 Exspectans sine tarditate vitam  
 Per Christi meritum, suas redemit  
 Nam salvator oves plenus

Immenso, placida hinc quiete quotquot  
Confidunt foliis sacris fruentur.

Ad subridentem.

Abstine risu, scio non poesin  
Mome textrinam, magis et movere  
Nauseam doctis, sapere ergo partem

Confer in aequam.

MDCXX.

Habitationes Pastoris, Diaconi, Cantoris, Pulsatoris. Schola Rosgartensis. Fons Heiligenbrunn aquae limpidae et frigidae. Habitatio Judicis Rosgartensis posterioris, Cauponae Graweckrug, Blawekrug, Roteckrug. Horti Rosgartenses amoeni cum aedibus aestivis, pomariis viridariis, piscinis et cataractis. Hortus Samuelis Schreiberi, Pharmacopoei Lebenicensis ob situm et prospectum amoenissimus, viridariis ponticulo et aqua in forma insulae cinctis, vinetis, pomariis, arboribus, plantis herbis domesticis et exoticis sicut Pharmacopoei Palaeopolitani hortus exultus. Hortus contiguus amoenus Johannis Scharffii, Plateae Anterior, Templi, concionatorum, Parva, Magna. Vallum. Propugnacula ad arcem spectantia. Porta valli. Extra portam, Patibulum territorii castrensis et Lebenicensis. Lacus superior piscibus abundans. Immunitas Principis Tragheimum anterius, medium posterius. Templum Tragheimense Anno 1626 extructum et in eo portae 3, altare, sacrarium, baptisterium, suggestum, odeum, positivum, chori Nobilium picturis illustrati. Vexilla suspensa Balthasaris Ludovici a Stechausen Marchiaci venatorum Magistri, Fabiani von Ostaw Cancellarii Prutenici. Ad tabulatum historiae Biblicae depictae cum dictis Biblicis et coronis 4 dependentibus. Ad parietem, Crucifixio Christi, Imago D. Petri, Decollatio Holofernis et Johannis Baptista, aliaeque imagines in tabulis. Sub sacrario et baptisterio, sepulturae fornicatae Nobilium. Ad scalam Odei exteriorem, Rex David cythara ludens depictus. Ad choros Nobilium emblemata sacra ex decadibus quinque emblematum de dulcissimo nomine et cruce Jesu Christi D. Danielis Cramer et M. Conradi Bachmanni desumpta et cum insignibus ac dictis quibusdam Biblicis insertis penicillo delineata:

Sanor.

Cor cum gladio, manu ex nube et cornucopiae.  
Curat quando necat, sanatum sauciat, ungit,  
Cum pungit, secat at non tamen ense necat.

Meditor.

Cor in mensa cum clepsydra et libro.  
Secla volant, abeuntque dies, operemur oportet  
Cuique bonum, donec tempora et hora vacat.

Redimor.

Manus e nube cum clave et Manus catena ligata ad cistam pecuniae apertam.  
Cor capiuntque ligantque etiam res saepe caduae  
A Domino clavem sume solutus eris.

Cresco.

Cor cum tribus spicis tritici et sole a longinquo fulgente.

Illuminor.

Cor cum oculo sub corde, Liber apertus super cor, Laterna cum manu e nube.  
Per angusta.

Cor cum duabus alis, Angelus corona laurea coronatus et corona aurea.

## Vivo.

Cor cum alis, sub quo caput mortis cum serpente super cor sol cum nomine Jesus CHRISTUS vita mihi est, et totum vivere mortis Funus non finis, sed mihi foenus erit.

## Crucifigor.

Crux cum corde quatuor clavis affixo et nomine Jesus, super crucem, Manus duae c nube propendentes.

Vivo equidem, at duco vitam et suspirium in altum,  
Confixus quoties sum cruce Christe tua.

## Suspiro.

Cor ardens cum flamma, craticula, thuribulo et manu ex nube.  
Thure precum redolet mihi cor, quia odora Dei vis  
Me reficit sumus hinc, fumus odorque bonus.

## Liberor.

Cor cum alis, globo, funiculo, cultro e nube veniente et funiculum dissecente ac gloria mundi.  
Vult sibi me mundus, vult me qui solvit JESUS,  
Hoc mundi invidia est, istius illud amor.

## Revivisco.

Caput et ossa mortua, candelabrum cum candela ardente et manu e nube candelam accedente.  
Cui JESUS lux, vita, cui vitam dat et ignem  
Coelitus, an metuas mortem etiam moriens.

In coemeterio, epitaphium lingueum Georgii Guttendorfii Cantoris Tragheimensis:  
Hic labor atque dolor mea languida membra fatigant,  
Discipulos constans instruo nocte, die.  
Musica noster amor, pernucleo templa, scholasque  
Atque opere organico pectora commoveo.  
At lethum protinus rumpit mihi stamina vitae,  
Atque BONUM PAGUM desero, TERRA polo  
Inseror amplexuque fruor dulcissime JESU,  
Et tibi reddo animam vita salusque mea  
Uxorem, natos, natas solare, tuere,  
Accipient mecum parta βρεβεῖα λύτρον.  
Terrae mandantur frumenta at florida rursus  
Exurgent, surgam ceu rosa grata DEO.  
Aerumnis hic conficimur; sed gaudia restant  
Perfecta in coelis, vita perennis erit.

In hoc gaudio fatorum potitus est Domino Georgius Guttendorffius primus Tragheimensis Cantor Anno 1642. 13. May post nonam pomeridianam Aetatis 44 adjectis 10 diebus, 14 horis, qui hic sepultus jacet expectans resurrectionem vitae aeternae.

Habitationes Pastoris, Diaconis Pulsatoris. Schola Tragheimensis cum habitatione cantoris. Judicium Tragheimense. Habitatio Judicis Tragheimensis. Tabernae Adbarskrug, Katerkrug. Areae ad amnem, in quibus linteae ad solem exposita alba fiunt. Molendinum frumentarium Principis. Molae Pannificum, Alutariorum, Nitraria. Fluvius studiosorum. Horti Tragheimenses amoeni praesertim ad lacum arcis cum aedibus aestivis pomariis et viridariis. Plateae Tragheimi anterioris, Nova, Angulus ursinus, Templi, Super Lacum, Molendini, Super palmam, Apud aulam Calixti, Ad fluvium, Nova fluvii, Apud pontem, Pulveris nitri, Cauponae. Medii Ad lacum arcis,

Modestiae. Posterioris, Ad vallum, Ad lacum arcis, Apud semitam. Vallum. Propugnacula ad arcem pertinentia. Porta valli. Extra portam Cataracta.

Circa totam urbem, Civitates 3. Suburbia Civitatum et Immunitates Principis, Vallum terreum Anno 1626 die Bartholomaei ex dispositione Abrahami a Dona L. B. inceptum, prata et agros quosdam includens. Propugnacula terrea 32 quorum  $8\frac{1}{2}$  ad civitatem veterem, 10 ad civitatem Cneiphoviam,  $1\frac{1}{2}$  ad civitatem Lebenicum et 12 ad Arcem pertinent. Ambitus valli universi dicitur continere 1 milliare et 3 quadrantes milliaris Germanici, cum fossa vero et contrascarpa 2 millaria Germanica et 3 stadia, unum vero stadium 130 passus, et singuli passus 6 pedes.

Fluvius Pregela navigabilis a Pregolla uxore Sami Ducus veterum Prutenorum in eo suffocata denominatus, olim Skarra, et Ptolomaeo ut Erasmus Stella et alii sentiunt, Chronus dictus latus et profundus, ut naves magnae ad urbem usque confidenter appellere et in eo consistere possint, qui apud Georgenburgum, ubi fluvii Instera et Angerapa concurrunt primo incipit et postea in veterem et novum Pregelam se diffindit. Vetus Pregela praeterfluit Civitatem Lebenicum et civitatem veterem et ad civitatem Cneiphoviam cum novo Pregela concurrit, eamque ceu insulam circumfluit et infra urbem 1 milliar. in Hapum Prutenicum decurrit, in quo multae naves et naviculae videntur, multique et varii pisces capiuntur et jurisdictiones a Principe, ad munimenta autem riparum a Civitatibus exercentur.

